

2 Cor. 3

Lyran. Aureolus 232.

Tres divinae personae in separabilis sunt.

Rom. 8.

D. Thom.

233. In tribus divinis personis una est divinitas.

234.

Regnum non ex gratia, sed ex iustitia nobis datur.

235.

1. Reg. 16.

Filius ostenderit sapientiam suam, adesse vero tempus libertatis, quod quodam naturali proprietate pertinet ad Spiritum Sanctum, qui est amor Patris, & filii Apostolo testificante. 2. Corinth. 3. num. 17. *Ubi autem Spiritus Domini, ibi libertas.* Sed cura Joachimus haec non referat ad ultima tempora: idem illius responsio sicut & Lyran, ac Aureol. omittenda est a nobis.

Respondeo ad quaestionem, ut jam dixit c. 8. idem Spiritus sancti mentionem hic non fieri, sed subintelligi; quia suo nomine Patris, & Filii intelligitur amor, & nexus ut iusque Deinde quia in praesenti agitur de dominatione, ac dominio totius orbis, & idem convenientissime fuit sermo institutus de Patre, cui tribuitur potentia, quae est dominationis fundamentum; non vero de Spiritu Sancto, cui bonitas tribuitur, & deo pfe hic non exprimitur, cum autem sit mentio gratiae tunc ipse Spiritus Sanctus memoratur Rom. 8. num. 16. *Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei.* Et iterum ibid. num. 26. *Spiritus adiuvat infirmitatem nostram.* De Christo autem debuit fieri mentio ex peculiari ratione, quia illo tempore infideles intendunt Christi nomen delere, & idem de eius glorificatione, & regno oportuit specialiter facere mentionem. D. Thomas. Sic ait. *Ea, quae dicuntur de Patre, & Filio, quantum ad regnum dominationis, a quo conveniunt Spiritui Sancto; unde etiam de ipso sunt aequaliter intelligenda; ubicumque enim una nominatur persona in his, quae sunt essentialia, non personalia, vel notionalia, intelliguntur alia persona.*

Pro huius rei confirmatione, notat Albertus Magnus quod dicitur in Text. *Factum est regnum Domini nostri, & Christi eius, & regnabit.* Non dicitur in plurali regnabunt, sed regnabit; quia in tribus personis una est divinitas Albertus Magn. *Trium est unum regnum, & una potestas, ad quod innuendum, dicit singulariter: & regnabit in saecula saeculorum.*

Deinde huius rei est peculiaris ratio mystica, quia hic agitur de regno Christi, quod ex mercede, & praemio dedit: servis suis, ut hic dicitur infra num. 18. *Tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem servis tuis Prophetis, & Sanctis timentibus nomen tuum.* Et idem convenientissime de Patre, & Filio agitur; nam in Patre est potentia, quae est fundamentum totius dominationis: In Filio autem est iustitia, quia Pater omne iudicium dedit Filio; & inde non debuit fieri mentio de Spiritu Sancto, quia est amor, gratia, & benevolentia quia illud regum non est datum Sanctis formaliter ex gratia, & benevolentia sed ex meritis, ac iustitia, tanquam nempe merces, ac corona iustitiae ut ita sit in eis corona cum magna gloria, & honore, utpote ex meritis assecuta.

Cum ex filiis Isai eligendus esset Rex Israel, mittitur Samuel a Deo in Bethleem, & ait ei: *Imple cornu oleo, & veni mittam te in Bethleem ad Isai: providi enim in filiis eius mihi Regem,* &c. 1. Reg. 16. num. 1. Ecce Propheta electurus unum filium Isai in Regem, mittitur ad omnes filios, nec dicitur ei qualis sit eligendus; ut ita videat & vocet omnes, & respiciat singulos, & inquirat, qui desit inspicendus: cur non magis dicitur ei nominatum, qui eligendus est, qui

Deo ad tantam dignitatem sublevandus erat: *Electioe gratia, regnantis gloriam adulerat.* Prospiciebat dominus electi sui gloriae, honori, ac ornamento, dum personam celat, ac electori oculat; si enim Samuel nosceret, Davidem eligendum, statim nulla inspectione aliorum facta Davidem vocasset & Regem proclamasset, quod omnino non esset liberum a gratia, benevolentiae, ac humani affectus suspicione, & dum omnes vocat, & singulos intuetur, ac considerat, evidens fit, quod non ex aliqua benevolentia, sed ex latente virtute talis electio proveniebat. Elegante: D. Basil. *veleuc. orat. 14. D. Basil. sel. Communi, ait, filiorum appellatione tegit istum Filium, Deus & populum mittit unctorem Samuelem. Ibi, Propheta, expecta unctorem gratia, ne ex temporalis Regis proclamatione dignitatis evadat imminutio, neve adulteret regnantis notitia.* Perpende ultima verba, voluit Dominus dignitatem dare cum gloria, & honore; & ne gloriam adulteret regnantis notitia; celat electum, ut videatur corona data non ex gratia, sed ex virtute latente, a spiritu prophetico penetrata & agnita.

D. Basil. sel.

Apoc. 11. n. 16. Et seniores, qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adoraverunt Deum, dicentes.

Num. 17. Gratiam agimus tibi Deus omnipotens, qui est & qui eras, & qui venturus es; quia accepisti virtutem magnam, & regnasti.

VERSIONES.

Syrus n. 16. Et illi viginti quatuor seniores, qui coram throno sunt, qui sedent super thronos suos.

Arabic. n. 17. gratias tibi agimus, domine Deus noster, qui es, & nunquam moreris, quoniam sumpsisti robur tuum magnum.

Syrus. Ille omnipotens, qui es, & qui eras, propterea quod cepisti robur tuum illud magnum.

Tygar. Pagn. Accepisti potentiam tuam magnam.

Alii. Accepisti potestatem tuam.

EXPOSITIO XI.

236.



Viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent, explicavi cap. 4. quaest. 13. Ceciderunt in facies suas, supremam Dei maiestatem recognoscetes, ac valde submissae, ac humiliter venerantes.

237.

Gratias agimus tibi, maiestatem tuam gratulamur, tibi gratias, & laudes referentes; & singula, quae dicunt, maxime sunt propria huus loci, Domine, cui proinde regnum huius mundi maxime convenit inde valde aequum est, ut suum manifestet Dominium. Deus omnipotens; & post Dominum ponitur; ut commendatione potentiae magis dominium augeat. *Qui es, & qui eras, & qui venturus es.* Quae verba explicavi supra cap. 1. vers. 4. Et merito sic in praesenti, ac si dicant; nihil proinde imminutus, nihilque auctus, sed semper idem felix, sive obediunt homines, sive non obediunt, & sive actu habeat regnum, & omnium Rex agnoscat, sive non agnoscat; & addunt, quia accepisti virtutem tuam; suam virtutem ab aeterno, ut ingenitam habet; dunt ergo, accepisti virtutem tuam quoad exercitium, & manifestationem debellatis Antichristo, & sequacibus, hostibusque Ecclesiae, qui impedire nitebantur Dei cultum.

238.

Et addunt, *magnam*, propterea, quae tunc praestitiorum est nonquam enim talem virtutem est demonstraturus, quare cum tale coeperit regnum, & subiecit sibi, omnes potentatus. *Et regnasti*, quia tunc regnabit, quo pacto nunquam antea regnavit habens scilicet, iam omnibus pedibus subiecta, silente omni contestate.

QUESTIO XXXI.

Quare viginti quatuor seniores cadunt in facies suas, Deum adorantes, etque gratias agentes?

239.

Principes pro beneficiis suis collatis gratias referant.

DE his viginti quatuor senioribus multa dixi cap. 4. vers. 4. nunc tamen in limine quaestionis inquirimus, verbis magis nunc gratias agunt Deo, quam quatuor animalia, vel Angeli, seu alii, quod dubium, vix ab aliquo attingitur; pro cuius solutione recole, quae dixi cap. 4. quaest. 13. quod sub his viginti quatuor senioribus continentur duodecim tribus Israel, duodecimque Apostoli, quos proinde tanquam principes, ac capita totius populi, tam novi, quam veteris Testamenti peculiariter attigit divina benevolentia, quibus & incumbit onus, ut tam suo quam suorum inferiorum nomine, gratias agunt, maxime cum in tanto beneficio, omnes eorum minores ac filii tam naturales, quam spirituales participant.

240.

In conspectu Dei, Profundè cadentes in facies suas, Deum adorant, eiusque maiestatem laudant; considerabant se in conspectu Dei, in quibus, quae loquuntur, & agunt, Deum ut semper praesentem attendebant. Ansbettus

Abbas. Quia in hominibus, ait, quae loquuntur, & operantur, & cogitant, praesentem Deum semper attendunt; hinc Joan. 1. cap. 3. dicit, in conspectu eius suadecimus corda nostra, & Paulus, 2. Corinth. 2. Tanquam ex Deo coram Deo loquimur; hinc de se ipso David. Psalm. 15. *Providebam Dominum in conspectu meo semper.*

Tertio ceciderunt in facies suas. Valde profundè humiliantur, Christum adorantes; & tantae adorationis quanam ratio? ipsi explicant: *Quia accepisti virtutem tuam, & regnasti.* Nosque tecum regnare fecisti, nam idem est, quod ipse habeat regnum, ac quod sui simul cum eo regnent, sui que regni eos facit participes, ut probavi q. 29.

Deinde quia quantum maiora beneficia nobis a Deo sunt communicata, tantum maiorem debemus exhibere humilitatem, ad quod Christus nobis dedit exemplum. Ait Joan. 13. num. 2. *Sciens Iesus, quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia a Deo exivit, & ad Deum in manus, & cepit lavare pedes Discipulorum suorum;* bene sciebat Iesus, se super omnes esse ditatum, a Patre beneque agnoscebat, manus suas plenas esse omnium bonorum. Pater omnia ei dederat in manu; At has manus tam locupletas, quo eas extendit Iesus tan ad supremum omnium rerum fastigium; absit: Extendit eas, ut submitterentur sub pedibus hominum pauperum ablucendis, ut notat Divus Augustinus tract. 5. In Ioan. *Cum ergo, ait, omnia Pater dedisset in manus, ille non manus, sed pedes Discipulorum lavit.* Cum Jesu videret manus suas tantis donis repletas, non sinit, donec eas in infimo, ac ultimo constituat.

Quarto. *Sedent in sedibus suis.* Quae verba explicans D. Ambrosius ait: *Sedes requiem sempiternam designat; viginti quatuor seniores in conspectu Dei sedent in sedibus suis; quia Sanctiorum anima sine corporibus in caelesti beatitudine modo cum Domino requiescunt.* Dicuntur seniores sedere, quia talis sessio in caelesti beatitudine eorum quietem, & requiem designat. Ex his tamen insurgit magna difficultas: Quia Sedes requiem sempiternam designat: Quomodo ergo seniores cadant in facies suas, si firmi, & stabiles sunt in suis sedibus? quomodo procumbunt in faciem? Prostrati cadunt, ut divinam maiestatem exorent, gratias agentes pro donis acceptis; cum ergo prosternunt, se ut Deum orient, tunc magna vi, ac fortitudine, suum thronum corroborant, ac firmant. Validissimum enim totius felicitatis munimen, ac fundamentum est oratio cum gratiarum actio, ad dandam securitatem, ac omne malum propulsandam. D. Chrysostomus, homil. 26. in Matth. *Oprimum quoque beneficiorum custos est ipsa memoria beneficiorum, & perpetua gratiarum confessio.*

Decantat Regius Vares Psalm. 149. n. 6. *Exultationes Dei in sanctorum eorum, & gladii accipites in manibus eorum: ad faciendam vindictam in nationibus; ad alligandos Reges eorum in conspectu eius.* Quid habent gladii, cum cantibus; Gladii accipites ad bellum fabricantur; canticorum exultatio ad choros faciendos. Cur ergo connectit Propheta gladios in manibus, cum exultat onum canticis in ore? nullus gladius fortior

241.

242.

Joan. 13.

Magna beneficia magnam humilitatem exposcunt.

D. August.

D. Ambr.

Oratio munus, & corroborat thronum, & omne malum propulsat.

D. Chryf.

244.

Qui Deum laudat ore, in manibus habet gladium ad hostes prostrandos.

fortior, ac terribilior ad tuam tuendam dignitatem, ad adversarios perdendum, atque tenebrarum regna devastanda, quam gladius ille, quem cantus comitatur, referens Deo gloriam, divinoque numini gratiarum actiones tribuens. Praclarè agebat D. Chryl. in presenti. *Ostendit hic bellum cum chorea gerendum, & quod canentes, & laudantes, sic vincunt. Exaltationes enim dicit hymnos, & gratiarum actiones. Ubi Deo canis laudem cum gratiarum actione, ibi hostes prosternis, & devincis.*

D. Chryl.

245. Tres illi pueri mittuntur à Barbaro Rege, ligatis pedibus, in fornacem ignis ardentis. Tunc Angelus Domini descendit, & fecit medium fornacis, quasi ventum voris flantem, & non tetigit eos, ignis, neque contrivit. Daniel 3, n. 50. Unde illis tanta felicitas, ut non solum voracem superent ignem, sed etiam tenui aura ad recreationem foverentur? Ait Text. de illis num. 24. *Ambulabunt in medio flammæ, laudantes Deum, & benedicentes Domino. Et cum in ore eorum canticum Dominicum gratiarum actione resonaret, non potuit ignis eos lædere, sed potius infervivit, ut ligamina consumendo solveret; hoc enim secum habet gratiarum actio, ut sit fortissimum tutamen ad propulsandam omnem adversitatem, ad reconciliandamque omnem felicitatem. S. Zeno serm. 5. de tribus pueris: *Qui, ait, ubi jacti sunt in fornacem ignis ardentis, hos devotè cupidus ignis excepit; lambunt rescidos flammæ blandientes. Mira res: opacitas intus, incendium foris est. Vide de hac re suprâ cap. 7. quæst. 23, n. 206, 207, 208 & 209.**

Daniel 3.

Oratio puerorum ab omni malo.

D. Zeno.

Apoc. II. n. 18. Et iratae sunt gentes, & advenit ira tua, & tempus mortuorum judicari, & reddere mercedem servis suis prophetis & sanctis, & timentibus nomen ejus, pusillis, & magnis, & exterminandi eos, qui corrumperunt terram.

Num. 19. Et apertum est templum dei in Caelo, & visa est arca testamenti ejus in templo & facta sunt fulgura & voces, & terræ-motus, & grandis magna.

VERSIONES.

Occumen. Advenit indignatio tua. num. 18.

Syrus. Tempus mortuorum, ut judicentur, & ut des mercedem servis tuis, & ut perdas eos, qui perdidit terram.

Arabicus. Et perdas corruptores terræ.

Perdere corruptentes terram.

Occumen. Et apparuit arca testamenti. num. 19. menti Domini in templo suo.

Syrus. Et visa est arca foederis ejus in Caelo, & sunt facta fulgura, & tonitrua.

EXPOSITIO XII.

246. Tirata sunt gentes. Superiori versu seniores dant gratias Deo, quia tam gloriose, ac magnificè regnat devictis, ac debellatis suis hostibus, quid inde sequetur. Ira sunt gentes. Nempè i fideles, ac Antichristiani cum suis cohærentibus, videntes in se multas plagas inflictas, seque ad judicium dei rapi sub nomine gentium veniunt hæc intelligendi omnes impii tam ex Hebræis, quam ethnicis. Advenit ira tua. Quam hæcenus repelleras dissimulans hominum peccata, si forte poenitentiam agerent. Advenit ira tua, ut notat Ansbertus, ut impii scilicet puniantur, nam quoad justos tempus erit beneficentia, ut præmio exalcentur.

246.

Ansbertus. Tempus justitia impiis, benevolentia justis.

Tempus mortuorum judicandi, id est tempus resurrectionis, & judicii, in quo mortui resurgent, ut judicentur, in quo judicio duo sunt facienda, danda sunt præmia bonis, & decernenda supplicia malis, ita primò incipit: dare mercedem servis suis prophetis, & sanctis immentibus nomen tuum pusillis, & magnis. Per quod denotatur inæqualitas præmii; nam inter timentes deum futuri sunt pusilli & magni, ergo majus & minus præmium dandum est. Joacimus Abbas aliter explicat, quod scilicet tantus quamvis sit exiguae pietatis immunitas erit ab essentiali beatitudine. Et exterminandi eos, qui corrumperunt terram; scilicet corporis sui peccati lordibus maculando, vel aliorum etiam terram, dum alios homines ad similia secum peccata alliciendo. Simpliciter per terram, terram hujus sæculi simpliciter, ut sonat intelligo; quia tempus est ut terra purgetur, ac innovetur, juxta illud Petri 2. cap. 3. n. 13. *Novos vero Cælos, & novam terram secundum promissa ipsius expectamus, in quibus justitia habitat.*

247.

In equalia præmia.

Joachim.

248. Apertum est Templum Dei in Caelo. Hoc est ipsa collectio electorum manifestata, ac ostensa est in Cælo in tua gloria, ac beatitudine. Et visa est arca testamenti ejus. Scilicet humanitas Christi D. qui est Arca testamenti, tanquam caput & princeps omnium electorum. Et facta sunt fulgura, & voces, & terra-motus & grandis magna. Hoc versu & superiori egit Joannes de electis & damnatis; voces & fulgura pertinent ad electos, qui ob suam gloriam irrumpunt in voces laudatorias Dei tanquam fulgura igne, charitate succensas. Terra-motus & grandis magna. Pertinent ad damnatos: nam accepta sententia suæ damnationis magno terræ motu excutientur in tartara, indeque super eos fiet grandis magna omnium Tormentorum, quibus in perpetuum dilapidabuntur.

248.

249. pena respondet culpa.

Hic maxime notandum, quod septem tubæ pertinet ad septimum sigillum sit patet. Cap. 8. n. 2. Et prima tuba incipit in gran line. C. n. 8. num. 7.

num. 7. quæ autem grandis dicit frigiditatem peccatorum hominum, septima autem tuba hæc in presenti definit in grandine, quæ denotat poenam peccatorum, quæ supradicta poena respondet culpæ.

quinto, cap. 6. num. 9. *Usquequo Domine non judicas, & non vindicas sanguinem nostrum, Et quia jam tempus non erit amplius, cap. 10. num. 6. Quia factum est regnum hujus mundi Domini nostri, & Christi ejus supra vers. 15. proindeque tempus est satisfaciendi postulatibus Sanctorum, ut iniqui debita supplicia reportent.*

Apoc. 10.

Secunda ratio de ira tantum gentium fit mentio, quia ira secum involvit omnia peccata, & omnia scelera ab ipsa tanquam à radice pullulant omnia mala, quæ omnia secum apportat ira. Ait Job. 14. num. 1. *Homo natus ac muliere, brevis vivens tempore repletur multis miseriis. Pro repletur multis miseriis Hebræus legit, Sauratus ira, Septuaginta plenus iracundia. Ita ponitur loco omnium miserationum, quia omnem miseriam peccati, malitiam, iniquitatis secum importat, & involvit. Quod rectè explicans D. Basilus homil. de ira, ait. D. Basil. Quomamodum enim torrentes ad curva loca decurrunt secum obvia quæque trahunt; sic & irarum impetus violentus, & instabilis omnia similiter percurrunt atque obveniunt. Torrentis quicumque fluit, omnia iniqua secum involvit, & rapit.*

254. Ira secum devolvit omnem miseriam & omne peccatum. Job 14. Hebr. Septuag.

QUESTIO XXXII.

Quare in presenti Joannes magi facit mentionem de ira gentium, quam de aliis eorum perturbationibus, ac pravis cupiditatibus.

250. Nostra ira sollicitat iram divinam. In limine hujus quæstionis maxime expendenda est connexio text. *iratae sunt gentes, & advenit ira tua.* Nam ira advocat divinam iram. Si irasceris adveniet tibi ira Dei, si tollas iram tuam, iram divinam tolles; Ait Dominus, *Dimitte, & dimitte tibi: Non vis dimittere, ira Dei non dimittet; si vis dimittere.*

251. Hæc autem in gentium erit valde magna, qua maxime peccatores, ac iniqui irascuntur, & ægre ferunt vitia sua deprimi & virtutes extolli. Richardus Victorin. *Iratae sunt gentes, ait, subintelligitur propter hoc, omnes videlicet maligni licet, & carnaliter viventes, regnum suum. Scilicet o Domine scio contrarium exurgere, & suum deprimi videntes.*

Richard. Irascitur peccator de suo regno

Vehementer irascitur peccator, quia venit tempus exterminandi eos, qui corrumperunt terram; & meritò summa ira Dei deveniet in qui nunquam sedari poterit. Nonne antea in eos aliqua ira Dei delevit: quando decima pars civitatis corruit, & septem millia hominum perierunt, & omnes timore, ac terrore conturbati sunt. & tamen tot admonitionibus præmissis noluerunt se ipsos emendari, ac meliores fieri, ergo ira Dei implacabilis apprehendet eos; nam qui levi, ac brevi ira Dei, ac correptione emendatur in perpetuum, ac inevitabilem incidit furorem. Moyses ingressus est ad Pharaonem: cum virga, quæ in colubrum versa est. Exod. 7. num. 6. *Cum peccator contemnerit per iram Dei, seu virgam ejus flexibilem incidit in serpentem, quæ enim devorabit, & deglutiet. Bruno. in Allegor. Tilm. cap. 7. Exod. Venit Moyses ad Pharaonem, ait, non per gladio, sed cum virga; unde si peccator voluerit facilem ad ignoscendum Deum per hoc agnoscere poterit; sed quia poenitere noluit in colubrum virga convertitur, ut majoribus dignis suppliciis majoris correctionis tormenta se experire intelligat, & ideo qui virga non corrigitur draconi seu diabolo traditur.*

ira Dei non emendatur in magnam incidet.

Exod. 7.

Bruno.

253.

Super omnia scelera angelos persequi & Ecclesiâ.

Apoc. 6.

Mittens Deus Ezechielem ad prædicandum Israeli maxime in sua nequitia obliuato ait ei. *Ut adamancem, & ut silicem dedi faciem tuam, ne timeas eos, neque metuas a facie eorum, cap. 3. num. 9. Septuaginta legunt. Erit si minor Petra Pagninus, ut adamancem fortiorum silicem dedi frontem suam. Tygurina. Sicut adamancem, qui silice durior est reddidi faciem tuam. Ubi notant communiter expositores. Prophetæ hostes cum silice comparantur, quod ira undi hominis, & a vindictam proni perbellus typus est, quippe flex percussus incalcescit scintillas vbrat, & vocat ut proxima quæque urat, ac incendat. Unde D. Ambros. lib. 1. officiorum cap. 21 ad patientiam contra iracundum exhortans ait. *Non respondeas irato ad iracundiam suam, cuius culpam excusit; si lapides teras, nonne ignis erumpit. Ab irato tanquam à silice erumpunt ignes furoris, invidia, rapinæ cupiditatum, ut cuncta dovorent, & consumant.**

255.

Ezech. 3.

Sep. uagii. Pagnin. Tygurina. Ab irato erumpunt vitiorum ignes.

D. Ambros.

Hæc de causa monebat Paulus ad Ephesios 4. num. 26. *Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite dare locum diabolo. Vehementer exhortatur Apostolus, ne lumen rationis obtenebretur ab ira ex qua diabolus artifex omnium malorum in nobis habet ingressum, ut omni sua nequitia hominem repleat quo spectat D. Chrysostomus homil. 47. in Joan. Iratus nulla venia dignus est, ait, sed supplicii innumeris sponte sua in profundum perditionis deseritur; & etiam ante suam gehennam poenas dat. Iratus non expectat extremam judicis divini sententiam, jam enim hic à se excludit omnem veniam, cum jam se in diabolum, ac omnem nequitiam ejus transformet.*

256.

Ephes. 4. iratus in omnem nequitiam diaboli se transformat.

D. Chryl.